



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Iudicium Philippi Melanthonis De Controversia Coenae  
Domini**

**Melanchthon, Philipp**

**Ratisponae, 1560**

**VD16 M 3533**

Textvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29449**

Quod de mutatione, pānis scz & vini Iustinus dicit, non dicit vt Papistæ, de transsubstantiatione: Nec de ventris alimonia dicitur, vt Cingiani calumniantur & blasphemant, quod vterq; dicit de nutritione carnis nostræ, per corpus & sanguinem Christi in Eucharistia: Sed ta dicitur, yt discernatur hæc esca & poculum hoc ab alijs vſitatis escis & poculis: Nutritio hæc, qua viuificatur, augmentatur non tantum anima nostra, sed etiam corpus, ad vitam spiritualem & æternam, discernatur à nutritione Physica, quæ est ad vitam hanc corporalem & animalem.

Itaq; Cingiani, vt non recte loquuntur ac sentiunt de substantia Cœnæ, ita nec satis de efficacia loqui possunt, vt Patres ex verbis Christi & Apostoli egregie locuti sunt

Nec sinas tibi, Christiane lector, citatis nominib. aut vocib. Patrum hinc statim imponi: Et ut illis, ita ipsi nunc etiam Augustanæ Confessioni, contra suam ipso-rum conscientiam, communem hominum intelligētiā, mirabili impudentia, Cingianam sententiam à quibus-dam affingi, aut parum cautio etiam ingeri.

## T E X T V S.

**Q**VAE est igitur tanta authoritas (L) Heshusij, vt ipsi potius assentiamur, q; tot probatis veterib. Scriptorib. qui perspicue testantur tunc Ecclesiam non habuisse Pontificium dogma, (M) & adorationem: Quæ si noua(N) sunt in Ecclesia, cogitandum est an recentiorib. licuerit nouum dogma inuehere in Ecclesiam. Nec ego ignoro, multa citari notha(O) veterum titulis, de quib: eruditi iudicent,

Autho-